



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta
Ta Ellēnisti Heuriskomena**

Origenes

Rothomagi, 1668

In Libr. Regvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19358

AD ORIGENIS COMMENTARIA

P. 27. 8. *εἰ μὲν τὸν μῆδον ιστορεῖν, &c.*] Plinius lib.
8. cap. 16. & lib. 28. cap. 2.

IN LIBR. REGVM.

P. 28. *τὰ αἰαγωδῆτα πλειόνας, &c.*] Id moris
erat apud Veteres, ut mox adnotabamus,
ut quum ad sacra coiissent, certa quadam
Scripturę capita populo prælegerentur, quę
fusa postmodum oratione, ad arbitrium
Episcopi, & ad præfinitum tempus, prefen-
tibus etiam Catechumenis concionator
explanaret. Origenes paulo inserius: *πο-*
αιαγωδῆτα πλειόνας, ἀναγνωρίζειν τὰ
ἀληγορίας, ἀλλὰ ἐπὶ τῆς σιναϊθροῦ πλειόνας
διαμάρτυρα ἀρχόληπτον θέασιν μακρινῶν, ἀλ-
λλὰ ἐπιστολῶν, ὁ πόπος θεοὺς ἐπιστολῶν
περιστατικῶν τὴν περιέργειαν, τὰ δὲ τὰς αἰροληπ-
τηρητὰς τὰς τὰς οἰηστημένας, θνοῖς τὰς καταβαθμούς
& lib. 3. contr. Cel. p. Tertii. *πλειόνας πλειόνας*
περιτύμῳ, οἱ καὶ αἰαγωδεῖτας, ηδὲ τοῦτο εἰς
τὰ αἰαγωδεῖτα διηγήσαντες πλειόνας μὲν τῷ
τίῳ εἰς θεός θέλοντες διέβεβαιον; & Homil. 12.
in Exod. & Hom. 7. in Levit. & Homil. 6.
& 15. in Num. Morem hunc eleganter de-
scribit Iustinus Apologet. 2. Nec viris solum
Deo consecratis, sed Laicis etiam id mu-
nieris aliquando Episcopi demandabant.
Quod in Origene nondum Presbytero fa-
ctum ab Alexandro Hierosolymitano, &
Theocrito Cesariensi Episcopis cum De-
metrius Alexandri Episcopus reprehend-
eret, ipsi auctores facti aliorum multo-
rum exemplo excusarunt, ut et apud Eu-
Euseb. lib. 6.
Hist. cap. 29.
Concionem denum excipiebat
precatio: quod discere licet ex Homilia 36.
Origenis in Lucam. Hac consuetudo ē
Synagogis Iudaorum in Ecclesiis Christi
transiit: ibi enim erant αἰαγωδεῖται, & ad suos
usus Scripturam in sectiones populo præle-
gendas distribuebant; & quia prælecta iue-
rant, exponebantur. Quod si extraneus ali-
quis dignitate, meritifice præstans adesset,
copiam ei legendi, & differendi faciebant.
Fidem his faciunt que narrat Lucas cap. 4.
v. 16, 17. & seq. & Act. 13. 14, 15, 27. Eun-
*dem igitur dividende in *πλειόνας* Scrip-*
ture, & ad populum prælegenda, &
exponendę morem usurparunt Christiani.
*Quoniam autem aliquando *πλειόνας* lon-*
gior, aliquando brevior, quęque verificu-
lum duntaxat unum contineret, populo
*prælegebatur, inde factum ut *αἰαγωδεῖται**
*idem sit aliquando ac *πλειόνας*, aliquando*
*idē ac versiculus. *αἰαγωδεῖται* seu *αἰαγωδεῖται**
Greci Patres, Latini Lectiones appellant,
*unde hodie in Liturgia Missæ, *Lectionis**
Epistola*: inde etiam *Lectors*: inde & *Le-
**ctionaria*.*

Vide nos in-
frat in Ioh. 2.
12. & seq.

πλειόνας πλειόνας, &c.] πλειόνας P. 29.

hic appellat, quę in usitat Biblorum di-
stinctione Capita censentur. Quanquam
alia tunc erat facrorum Librorum divisio
atque nunc est: suos enim Versus, sua Ca-
pitula, suos Titulos habebant à nostris pla-
ne diversos. Id veterum Scripture Inter-
pretum Commentarij satis probant, qui
suis distincti sunt Capitibus, à nostris omni-
no alienis. Vulgata ista, quam usurpamus,
distinctio recentior est; nec Scripturę so-
lum, sed exoticorum quorundam aucto-
rum, qui olim uno contextu & serie descri-
pti, suis nunc ornati Capitibus, & Titulis
videntur. Id ante annos circiter mille in
Aristotele, & aliis compluribus studiofo-
rum hominum cura attentavit; quorum
industriam amulati hujus artatis Critici,
Auctores hodieque divellunt. Non nega-
mus tamen Scriptores aliquos, Agellium puta,
Librorum suorum capitibus titulos
prefixisse. Sed hac suo loco differenda
funt.

ταῦτα μὴ οἴειν μὴ Συλλέκτης. &c.] Verte P. 30.

Talia quidem dicet, qui Samuelum revera eda-

ctum esse persentur, ac propugnare non vult.

μὴ αὐτοῖς οὐδείς.] Omnino legendum: μὴ P. 35.

ἀμφορεῖς. infra: οὐτεπιστείν τοτε καὶ μὴ τίς

άρχοντας οὐ David.

οὐαὶροι ποδάρειοι τὸν λόγον αὐτοῦ, &c.] Redde. P. 36.

Quemadmodum nemini erat Iordanem pedibus

trajicere preterquam Iosue; (veri Dei figura erat

ille Iosue) ita, &c.

IN PSALMOS.

πλειόνας καὶ, &c.] Hilarius Pictavensis p. 37.

hæc omnia in Prologum suæ Psalmorum

Explanationi præfixum transtulit.

ιερεῖς αὐτοῖς.] De Ambroſio illo, primum P. 38.

Marcionita, vel, vt alij, Valentianus, vel, *plus* *tau-*
ut quidam, Sabelliano, deinde ab Origene ¹¹¹

ad faniorem mentem tradučo, Alexandri-

na Ecclesia Diacono, & in Sanctorum de-

num album relato, vide Eusebium lib. 6.

Hist. cap. 18. & 23. Epiphanius Har. 64.

cap. 3. Hieronymum De Scriptor. Eccles.

& Epist. ad Marcell. aliosque complures,

quos nimium esset singulos recensere. Am-

broſius ille Origeni affidius *ιερεῖς αὐτοῖς* in-

stabat, eique sumitus & notarios suppedita-

bat. Id ad Hippolytum perperam retulit

Photius, ex male intellectis Hieronymi à

Sophronio, Sophronij à Photio verbis,

quemadmodum Origenianorum libro pri-

mo, capite secundo demonstramus.

αἰαγωδεῖται τοιούτοις, εἰσι, &c.] Videtur aliquid

in hac Pericopa ad explendam sententiam

desiderari.